

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Zweiter Band.

Mit fünf Handschrift-Tafeln.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1877.

Gedichte aus Frankreich.

Von E. Dümmler.

Die ersten beiden der nachfolgenden Gedichte befinden sich in der Handschrift der Berner Bibliothek Nr. 394 aus dem Nachlasse des Jacobus Bongarsius, über deren Inhalt¹⁾ zuerst 1760 Sinner (Catalog. codic. bibl. Bernens. I, 174) dann Hermann Hagen (Catalog. codicum Bernens. p. 362) erschöpfend berichtet hat, auf f. 227_v.—231. Das erste habe ich selbst abgeschrieben, Abschrift des zweiten sowie nochmalige Vergleichung des ersten verdanke ich Herrn Prof. Woker in Bern. Das Alter der Handschrift verweist uns in das zehnte Jahrhundert, ihre Herkunft in das südliche Frankreich. Ueber den gelehrten Bovo, an den das zweite Gedicht gerichtet ist, vermag ich nichts zu ermitteln, dagegen werden wir Constantin unzweifelhaft in dem Kreise Gerberts suchen dürfen, zumal da unser Dichter in v. 75 andeutet, dass er selbst dem Kloster S. Remi zu Reims angehört, in welchem der von ihm besungene Freund sich eine Zeitlang aufgehalten hatte. In einem Schreiben an den Mönch Bernard sagt Gerbert in Bezug auf die, welche 'vel in musica perdiscenda vel in his quae fiunt ex organis' Wünsche an ihn hatten: 'per Constantinum Floriacensem supplere curabo. Est enim nobilis scolasticus, adprime eruditus, mihi que in amicitia coniunctissimus'. Eben diesen scolasticus ladet er (986) zu einer Zusammenkunft ein, indem er hinzufügt: 'Comitentur iter tuum Tulliana opuscula et de Re publica et in Verrem et quae pro defensione multorum plurima Romanae eloquentiae parens conscripsit'. An ihn richtet er in Gemeinschaft mit dem Erzbischofe Adalbero von Reims (969—988) einen Brief, worin er ihn 'dulcissime frater' anredet²⁾. Demselben widmete er seinen libellus de numerorum divisione als einem 'talium diligens investigator' mit den schmeichelhaften Worten: 'Vis amicitiae pene impossi-

1) Den grössten Theil (f. 1—225) füllen die Gedichte des Prudentius mit Scholien. 2) In diesem Briefe heisst es u. a.: 'ut affectus noster a Floriacensibus te faciente paululum abalienatus, te faciente sit plurimum reconciliatus'.

bilia redigit ad possibilia. Nam quomodo rationes numerorum abaci explicare contenderemus, nisi te adhortante, o mi dulce solamen laborum, Constantine? (Gerberti opera ed. Olleris p. 64, 75, 77, 349). Auf diese Schrift beruft sich Richer (Historiar. III c. 54): 'Quorum (scil. numerorum) scientiam qui ad plenum scire desiderat, legat eius librum quem scribit ad C. grammaticum, ibi enim haec satis habundanterque tractata inveniet'. Neben diesem Constantin, dem Schulmeister von Fleury sur Loire, wie es scheint, gab es unter den Gerbert bekannten Männern einen zweiten, Abt von S. Mesmin bei Orléans, an den dieser ebenfalls einen Brief richtete (p. 133 ed. Olleris). Von ihm meldet Wilhelm von Malmesbury (Gesta regum Anglorum II c. 168, SS. X, 462): 'Habebat (sc. Gerbertus) conphilosophos et studiorum socios Constantinum abbatem monasterii sancti Maximini, quod est iuxta Aurelianis, ad quem edidit regulas de abaco'. Eine Schrift Gerberts an den Abt Constantin hat sich erhalten (p. 479 ed. Olleris, Mabillon Anal. vet. 102), doch meint Wilhelm hier offenbar dieselbe, von der Richer spricht. Während er also, ebenso wie Büdinger (Gerberts Stellung S. 65) u. a., diese beiden Constantine für eine Person hielt, will Olleris (p. 533) sie von einander unterscheiden. Unser Gedicht trägt zur Entscheidung dieser Frage nichts bei und könnte die Handschrift ebensowohl aus S. Mesmin als aus Fleury stammen, da aus beiden Orten Bongarsius seine Bibliothek bereichert hat (vgl. Hagen a. a. O. S. 648). Zu der edeln Herkunft, welche Gerbert an Constantin von Fleury rühmt, passt v. 2—5, in denen auf Antenor angespielt wird, der neben Priamus als Ahnherr der Frankenkönige galt und auf die Merovinger, von denen die Karolinger in weiblicher Linie abstammen wollten. Wie es scheint, regierten diese damals noch und würden wir deshalb den Zeitpunkt der Abfassung vor 987 ansetzen müssen. In beiden Gedichten, die gewiss gleichen Ursprunges sind, zeigt der Verfasser eine Vorliebe für griechische Worte (s. I, 19, 41, 62, 66, 74, 77, II, 14, 22, 28, 29, 48), sowie für gesuchte und ungewöhnliche Ausdrücke: so sind sie grade ihrer Sprache nach bezeichnend für die Bildung jener Zeit, wenn sie auch wenig Thatsächliches enthalten. Gerbert selbst aber werden wir sie ihrer ungeschickten Form wegen wohl schwerlich zuschreiben dürfen.

Das dritte Gedicht schrieb Karl Pertz aus der Handschrift des Britischen Museums Kings Library 13, A. XXII des zehnten Jahrhunderts ab. Von einer Hand des 11.—12. ist es daselbst auf den letzten Blättern Fol. 71v—72 nachträglich hinzugefügt. Wenn wir fragen, auf welchen der wiederholten Brände des Kloster St. Omer sich diese Verse beziehen, so bieten sich für das elfte Jahrhundert zwei Feuers-

brünste dar, von denen jedoch die zweite im Jahre 1079 deshalb nicht in Betracht kommen kann, weil sie auf den 30. September fiel (Lamberti Audomar. Chron., SS. V, 66; Chartul. Sithiense ed. Guérard p. 200). Um so mehr werden wir an die erste denken dürfen, welche unter dem Abte Roderich im Jahre 1033 stattfand (Lambert. a. a. O. 65; Chartul. Sith. p. 171). Diese nämlich erfolgte 'quadragesimae observatione', wie der Abt Bovo in seiner Schrift über die Auffindung der Reliquien des heil. Bertinus meldet (Mabillon Acta sanct. ord. S. Bened. IIIa, 156), aus welcher der Verfasser des Chartular. Sithiense schöpft. Auf ein bei dieser Gelegenheit stattgehabtes Wunder deutet derselbe mit den Worten hin: 'modernis temporibus exigentibus iniquitatibus nostris, ut oraculo caelesti ostensum est utque digestum penes nos invenitur in memoria S. Vincentii martyris ultio super nos divinae pendebat indignationis: nosque usque ad animam perculisset, nisi idem sanctus martyr cum sanctis patronis nostris Audomaro videlicet atque Bertino intercessores pro nobis coram domino adsurrexissent. Verum miserator dominus piis sanctorum suorum interventionibus flexus ad pietatem' u. s. w. Die Schrift über den heil. Vincentius, auf welche hier verwiesen wird, kenne ich nicht. Endlich aber weiss dieselbe Quelle auch von einer nachfolgenden Erscheinung (die in unserm Gedichte auf das Fest des heil. Gregor, d. h. auf den 12. März verlegt wird), indem sie sagt: 'insecuta nocte cuidam seniorum in sompno visum est videre quemdam magnificum virum, habitus candore niveum, vultus splendore fulmineum, quodam claustri loco perstitisse diligentique obtutu circumspectis omnibus, extenta dextra omnem coenobii locum benedixisse'. In der Gewandtheit der Form ist dies Gedicht den beiden andern ohne Zweifel weit überlegen und gibt somit ein vortheilhaftes Zeugniß von den gelehrten Studien zu St. Omer, dessen Abt Bovo, der Wiederhersteller der abgebrannten Kirche, gerühmt wird als ein 'vir adprime liberali litterarum scientia eruditus' (Chartular. Sithiense p. 179).

I.

Constantine, meis opus est non promere uerbis,
 Aeditus ut crinitorum sis stemmate regum
 Post Antenoride deliramenta ruine,
 Cum tua progenies Romanas rexerit arces
 5 Et mundum dicione sua tenet imperiali,
 Illaque te sanctum meritis agat esse parentum
 Nunc etiam natura, notat uelut aura per auras.

- Nempe tuo canos sensus in pectore gestas,
 Et manibus libros et cultos semine campos
 10 Ore teris uel mente refers, ut plenus odoris
 Frugiferi spinisque carens sis culmus opimus,
 Quo granum superi condaris in horrea celi.
 Te libet hinc nostro mihi concelebrare coturno:
 Inclite doctor aue, pietatis fultus oliuo.
 15 Qua te laude canam? uerbis quibus ora resoluam?
 Materia fandi ductus panagericus extat,
 Copia set pocior fastidia grandia gignit.
 Quique uigere cupit seculo laudabilis actu,
 Muniat hic mentem doctrinæ spermate tantæ,
 20 Conteris unde caput colubri plantatenus atri,
 Allidisque petrae Babilonica germina Christo.
 Namque tuas longum est magnas percurrere laudes,
 Namque suos cursor cum raptim duplicet actus,
 Supprimo plura tacens præconia digna relatu.
 25 Tu quoque cum celi rimeris dindima clari,
 Omnibus es factus, iubet ut pius, omnia, Christus,
 Esse manet nostrum sub quo constanter in aeuum;
 Omne quod est licet ac pure quicquid fore gaudet,
 Id rursus tristem finis capit indere sortem.
 30 Plurima præteriens laudum tibi phillara necto,
 Quem claudunt adamantinis sinuamina cordis
 Vinculis aeterno nectentes secula nodo.
 O meritis felix est cui sapientia nutrix
 A puero uestit, callem quoque præuia nectit;
 35 Cuius in ore pio cordis simul in penetrali
 Infudit flauis sua cerea mella canistris,
 Ut te magnificum pre cunctis semper amandum,
 Pectore sub cuius etiam sibi nobilis aulam
 Struxit et eximia uirtutum luce poliuit.
 40 Unde fluit nobis, qui longis iungimur oris,
 Magnum felicitis plene sintagma salutis.
 Non ego te miror, sanctæ pietatis amator,
 Indole uirtutum uariis rebusque saporum,
 Plebis ut aura sapit, mea uel dilectio credit,
 45 Simplicitate tua quantum decorasse talenta.
 Hanc supra castae conseruas iura columbae
 Astu cum uafri serpentis mente sagaci.
 Denique si uerum constat, quod corporis actus
 Signum sit mentis, animus quoque panditur actu,

v. 15 vgl. Vergil. Georg. IV, 452: fatis ora resoluit. v. 21 vgl. Ps. 136, 8. 9. v. 26 vgl. 1. Cor. 9, 22. v. 30 vgl. Hor. Carm. I, 38 v. 2: nexa philyra coronae. v. 35 im penetrali Hs. v. 44 dilectita Hs. v. 46 vgl. Matth. 10, 16. v. 49 sanimus Hs.

- 50 Corporis es nostro tali tunc dignus honore
Iudicio, qualem suffit tibi fama per orbem.
Comis amate diu, doctor dulcissime, fandi
Rethorici cultus lumen, tibi quid loquar apte?
En sine te mihi conditum penitus sale nil fit.
- 55 Stat nam quid cuiquam facere absque iuuamine stultum
Mentis, quo geminę surgit perfectio uite.
Aggrediar siquidem celsum conscendere montem,
Nomine qui diuo fatiem propior sit Olympo,
Oris et in zephyrum laxentur concaua densum,
- 60 Inde tui capiant aliquid quo flaminis aequi,
Ut mihi materies de te sit sermoque per te.
Eia cara chelis, protelans uocibus aptis,
Carmina pange uiro morum probitate colendo,
Sola Soffocleo quę sint condigna coturno
- 65 Hunc deus elegit, propria quoque dote beatus, pango.
Ut ualidi nobis sit uerbi misteriarches
Solus et in terris alter prostet Benedictus.
Qui bene grammineis paradisi uiuit in actis
Indigitans domui regem proprię fore caeli
- 70 Te lumen uere meritorum nobilitate.
Es, fateor, comis, morum probitate celebris.
Mente superna tenes, mundo bonitate renides,
Hic probitatis honos, illic uenerabilis heros.
Te celebrant cosmi per climata quique triquadri,
- 75 Maxime Remigii tuguri fratres tibi fidi.
Armis iustitię fretus quos atque sophię
Desmate amicalis iunxisti letus amoris.
Te patribus famulum prebensque minoribus aequum,
His faties hilarem, his et testatur herilem.
- 80 Et paries uno sic surgit uterque lapillo,
Cingi quo petimus, fiat hoc simul efflagitamus.
Quis tam cynifię mentis fuit atque sinistrę,
Ut post felicem per secula semper amorem
Facundumque tuum te nollet habere patronum
- 85 Ac semper socium, dominum et sine limite iustum.
Es Christo carus, cuncto populo uenerandus,
Vultu conspicuus, mentis pietate decorus,
Luminibus geminis sub frontis tegmine fixis,
Nubila ceu caeli radiis solis decorantur.
- 90 Iustitię speculum, necnon psalmatio regum,
Lumen doctorum, decus et specimen monachorum,

v. 58 fatiē Hs. v. 64 suffocleo Hs. vgl. Verg. Ecl. VIII, 10:
sola Sophocleo tua carmina digna cothurno? v. 65 proprio Hs. v. 66 si
uerbi misteri archesi Hs. v. 69 Inditans Hs. v. 72 renides uel renites
Hs. v. 74 quinque? v. 76 iustię Hs.

- Gratia fama fides tecum gradiuntur alacres,
 Ast hilarem mentem dant fidos inter amicos
 Et faciunt toto notum sine crimine mundo.
 95 O utinam fieri uelles pars maxima nostri,
 Esses quam carus, quanto fruereris honore!
 Nobilis occulto germen uelut arboris aeuo,
 Cordibus hinc amor in nostris inolesceret amplis.
 Sed quia nobiscum presens cum forte maneres,
 100 Agnoui fraudem, uerbis cum sepe politis
 Frustra uouebas ad nos iterum repedare —
 Tunc bene callebas domum se res ut haberet —
 Inde meas ignis uaporabat namque medullas,
 Qui modo me torret flammis crepitantibus acris,
 105 Glutine me iunxi quoniam tibi dulcis amoris.
 Hoc tua multiplices odas mihi uerba dicantes
 Perpetuo conseruo loco mihi saepe legenda,
 Mentio felicis nostri sint hec ut amoris.
 Pagina letificet, praesentia cui tua non est,
 110 Sermoque conciliet, uisus quem cernere differt.
 Hec mox composui uestro compulsus amore
 Et paupertinis pones compluscula uerbis.
 Impendi me uerbosum, tamen hoc amor egit.
 Quod superest, et si uoto frustror ueementi,
 115 Aeternum cupio letus bona tempora ducas,
 Exaudire simul millesima prospera de te.
 Constantine, decus nostrum, per secula salue.

II.

- Conuenio signis, quem conuenisse loquelis
 O utinam quirem transmisso tempore fratrem,
 Cautum, peruigilem, signatum uoce Bouonem.
 Qui me prouexit, qui laudibus extulit olim,
 5 Qui si forte meos mores cognosset et actus,
 In memet laudem, fateor, non diceret ullam.
 Sed quoniam magni duxit me laude beari,
 Laudandus michi semper erit, dum uita manebit,
 Mirandum sed ei quo tantus fluxerit ardor
 10 Tantaque nesciti creuit dilectio fratris,
 Ut me laudaret quem nondum creuit ocellis,
 Nec confedustum sibi iam sociarat amicum.
 Sentio credo bonum uena qua prodiit illud.
 Gens quacumque uenit physi remeabit ad ipsam.
 15 Nempe genus hominum peperit natura creatrix,
 Quod tractare bonum semper faciendo suescit.

v. 102 'domum' passt weder zum Sinn noch zum Vers; vielleicht domui statt domi W. v. 108 nostrae Hs. v. 114 frustror Hs. v. 116 millesima Hs.

- Haec est illa deum iugiter generatio querens,
 Traduce de cuius te exortum prodis, amice.
 Dum cantare meas laudes contendis et odas,
 20 Dum famam nomenque meum dispergis in auras,
 Dum studium meritumque meum depromis in altum.
 Sic bona quæque geris tibi contulit inclita physis.
 Faut et hisce bonis rerum prudentia felix,
 Ante pilos tibi quæ uenit, tecum quoque gliscit,
 25 Te puerum fouit iuuenemque uirumque docebit,
 Si maneat te intra nec te quesieris extra,
 Si ceptis posthac studiis sudando fruaris,
 Si dorsum scuticis submiseris ipse poesis,
 Sique manum ferule subdlexeris inde sophiæ.
 30 Ast quia condignas nequeo tibi promere laudes,
 Saltem aliquas scribendo tuas uolo pandere uires,
 Quæ tamen has poterit dumtaxat prehendere lingua,
 Cum tibi uirtutum faueant insignia clara,
 Cum sis uir sapiens, quam magnis uiribus ardens,
 35 Pollens ingenio, sophyæ sectator amator,
 Fossor Pierium musarum semper amicus,
 Pierides cum te doctum fecere poetam.
 Te docuit Clio coniuncta sororibus octo,
 Felicis cum sis depastus prata capellæ,
 40 Philologiae te septem docuere puellæ.
 Ergo polum super adtollens caput erigis usque,
 Ast ego quem tetrīs tenebris inscitia condit,
 Tectus obumbrificor sophyæ ceu temptor et exors,
 Fonte caballino qui numquam labra peruncxi
 45 Stertens Parnasi nec umquam somnia creui,
 Philologiae quem numquam nouere ministræ,
 Despicio a doctis mentis uelud impos et artis,
 Ergo fouens latebram paueo sustollere cephal. Explicit.

III.

- 1 Dic suauis cithara, dic citharista
 Bertini populum cenobiumque
 Ereptum medio caelitus igne
 Te, Vincenti sacer, subueniente
 Tempestate moderna.
- 2 Inter septa sacra celsior aula
 Ardebat, crepitat flammea grando
 Ventis acta quatit culmina templi.
 Certant eruere sancta sacrorum:
 Tempus erat quadragesimæ.

- 3 Stridentum lituum clangor inhorret,
Currunt precipites, urbs fluit omnis.
Stringunt pectoribus pignora matres,
'Bertino superi parcite' clamant,
Clamor sidera tranat¹⁾).
- 4 Dum spectant trepidi cuncta cremanda,
Tres caeli ueniunt arce columbae
Cignis lacte niue candidiores:
Ter circumuolitant ardua sacra,
Alis percutiunt rogos.
- 5 Caelestes uolucres aufugit ardor,
Sicut tres pueros Chaldea fornax.
Tres summa resident in cruce templi,
Donec cuncta cadens flamma periret:
Spectaculum uenerandum.
- 6 Successere dehinc festa Gregorii.
Assuetus uigiles psallere noctes
Rambertus senior peruigilabat,
In Iordane lauans ensis acumen,
Qua semper niteat, sacrat ad aram.
- 7 Hic somno grauidos clausus ocellos
Spectat plus acie mentis aperta:
En Vincentius huic palmiger astat
Martyr dalmatica splendidus alba:
Vitae flagrat odorem.
- 8 Cunctis uulneribus quae tolerarat,
Resplendent radii luminis alti,
Et de crate sua fert thimiama.
Blandus alloquitur insipientem
Gratanterque salutat.
- 9 'Salue frater, ait, et uigil ora.
Ex illa uenio luce superna.
Fratr Vincentius uisito fratres,
Et uos scire uolo quae mihi uota
Persoluistis amica.
- 10 Purgari rapidis haec loca flammis,
Iudex sidereae iusserat arcis,
'Sanctuariumque meum tollite' dixit.
Sed Bertinus ad haec Audomarusque
Orauere tremendum.

1) traanat Hs.

- 11 Succurro medius, pono coronam.
Et quoscumque pia laude sacrastis
Pro me martyrii sepe triumphos,
Auctori domino sacrificauī,
Placatusque pepercit.
- 12 Vaginaque bonus condidit ensem,
Testis nuper erat effera flamma,
Testes et uolucres caelitus actae,
Debellare rogos uosque tueri
Quas uidistis aperte.
- 13 Ille nos fuimus, crede, columbae,
Bertinus, Vincentius, Audomarusque.
Dic confratribus haec, dic pie,
Quod nostri memores annua seruant,
Dic metuant altitonantem'.
- 14 Consorti choreae uisa reuoluit
Et testes lacrimas uisor inundat
A dulci liquidus martyris igne.
Sic Bertiniade gratificati
Augent martyris odas.
-

Wir lassen hier noch ein Blatt folgen, welches zur Versendung an die Herren Vorsteher von Bibliotheken in verschiedenen Ländern bestimmt, und deshalb lateinisch abgefasst ist.

Novam S. Gregorii I. papae epistolarum editionem praeparantes, notitia variorum manuscriptorum codicum indigemus. Itaque a viris doctissimis bibliothecarum praefectis instanter petimus, ut ad descriptionem infra datam certiores nos faciant, ad quod genus codices apud eos conservati pertineant. Nam tres adhuc Gregorii epistolarum collectiones numero forma genere capitum inter se discrepantes in manuscriptis has invenimus:

- I. Registrum 683 epistolarum, digestum in 14 indictiones (id est inde ab indictione IX. usque ad indictionem VII.)
- II. Collectionem 200 epistolarum, quae indictionum numeris carent.
- III. Collectionem 52 aut 53 epistolarum cum multis temporum notis.

Harum collectionum epistolae hunc ordinem sequuntur; significamus autem libros et capita secundum editionem Maurinorum (Gregorii M. Opp. 1705. Tom. II) epistolarum nonnullarum initia uncinis apponentes.

I. Registrum.

Symbolum fidei. Appendix I. (Credo in unum).

- Indictionis IX.: I. 1. (Valde necessarium).
 I. 2. (Quod lingua loquitur).
 I. 3. (Quidquid mihi ex).
 I. 4—9. 20. 11—19. 21—35. 37—79. 81.
 I. 80. (Etsi vos).
 I. 82. (Scripta fraternitatis).
 I. 83. (Scriptis tuis).
 I. 84. (Felicissimus atque).

- Indictionis XV. finis.: VII. 41. (Habitatores).
 VII. 42. (Fraternitatis).
 VII. 43. (Dudum ad).
 VII. 44. (Questa nobis).

- Indictionis I. initium: VIII. 1. (Susceptis epistolis).
 VIII. 2. (Suscepi epistolas).
 VIII. 3. (Filius noster).
 IX. 11. (Quanta in).
 VIII. 4. (Fraternitatis).

Indictio VII.: XIV. 1. (Quanto nos).
 XIV. 2. (Experientia).
 XIV. 3. (Sicut rationi).
 XIV. 4—14.
 XII. 47. (Fratrem et).
 X. 22. (Martianus).
 X. 23. (Res ad nos).

Singularum indictionum capita quot sint hic index docet:
 Indictio IX = 83, X = 40, XI = 65, XII = 44,
 XIII = 55, XIV = 64, XV = 41.
 I = 36, II = 93, III = 21, IV = 56,
 V = 18, VI = 49, VII = 17.

II. Collectio 200 epistolarum.

X. 43. (Fraternitatis vestrae).
 XII. 34. (Gloriae vestrae).
 X. 6. (Quamvis).
 X. 7. (Gloriosissimus filius).
 seqq. XI. 39. XII. 4. XIII. 24. IX. 51. etc. etc.

In fine huius collectionis sunt: IX. 36. X. 20. XII. 49.
 IX. 60. (Quia sicut).
 IX. 37. (Cum sit proprium).
 X. 26. (Augustinus).

III. Collectio 52 aut 53 epistolarum.

IV. 47. (De causa Maximi).
 V. 10. (Qualiter oboedientia).
 V. 23. (Nimis nos).
 IX. 41. (Si secularibus).
 V. 30—32. 41. 21. etc. etc.

In fine huius collectionis sunt: II. 34. 53. 37.
 II. 32. (Indicante mihi).
 IX. 52. (Dilectionis tuae).
 XI. 13. (Litterarum tuarum).

Cum his tabulis qui codices manuscriptos conferre voluerint, eos rogamus, ut non solum quae in quoque codice epistolae ab initio leguntur, sed etiam eas quae ad calcem exstant, attendere velint.

Scriptum Berolini in aedibus bibl. regiae Idibus Septembris 1876.

P. Ewald.